

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 1

urn:nbn:de:bsz:31-103771

lib. 6. cap. i. num. i. 4. 6. 8. 10. ii. 17. Comment. in Curtium.

CHLAMYDE) Idem in Marcelllo fecit Annibal apud Plutarch. Marc. cap. 53. & Val. Max. 5, 1, 6. ext. *Punicoque* (i. e. *punicos*) *sagulo, & corona donatum lau-rea rogo imposuit*. Vbi obiter rescribe *aurea*, sic enim Plutarchum in libris Valerii, nam ipsum inspexit, legisse, ex Græcis verbis ambiguum esse non potest, κράτος οὐσίαν σέφαστο. Sed de chlamyde: pridem Annibal Æmiliū funerans, apud Siliū 10, 569.

fulgentia pingui
Marice, suspirans, incit velamina, & auro
Intextam clamydem

Sic Antonius Brutum honorauit. Plut. Ant. c. 28. & Bruto cap. 78. Alexandri tumu-lum Caracallus apud Herodian. 4, 15.

6, 1, 1. PUGNAE) Hanc quoque lacunam explere tentamus. Interim consulatur Diodor. 17, 48. & 17, 63. Ceterum adsentior Raderō capienda hæc de Agi-de qui cum videret suos laborantes & prope iam viatos, immixerit se in medium pugnae discrimen, quæ fere verba supra quoque 3, 11, 2. leguntur: *ceteros in medium belli discri-men strenue transfert*.

6, 1, 4. CIRCUMFERENS) Quia ubique expositus periculo. Sic in nocturna pugna, & anticipi discrimine Tacit. H. 4, 29, 3. unde clamor acciderat circum-agere corpora.

6, 1, 6. EFFUSE FLVENTEM) Sic scribendum esse olim ipsa res mihi indicauit, dein Acdalii lectio, quam & Raderus approbat.

6, 1, 8. VETERA) Nam in veteri quoque fama multum esse roboris, exquisitus auctorum locis prolixe ostendit Gruter. totò discursu 7. in Tacitum, quem & alibi iam citauimus. Similimus autem huic locus est in Iustino 30, 4, 15. vbi iam & Macedonum gloria conseruerat; Romana vigente: *vixique concitati milites prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes; ferentesque in bellum, alijs maiorum suorum antiquam & obsoletam gloriam, alijs virentem recentibus experimentis vir-tutis florem*.

LIBERTATE) Tacitus 2, 46, 4. *His vocibus insinclus exercitus propriæ quoque cassæ stimulabant, cum à Cheruscis, Longabardisque, pro antiquo decore, aut recenti libertate; & contra, augenda dominationem certaretur. Sed libertas fortiores stimulos habere debet.* Philippus apud Iustin. 30, 4, 7. tanto fortius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio cætorum.

6, 1, 10. ANGSTIE) Sic apud Senec. suasor. 2. Pompeius Silo: *Xerxes multos secum addidit; Thermopyla paucos recipiunt: nihil refert quantas genies in nostrum orbem Oriens effuderit, quantumque nationum secum Xerxes trahat. tot ad nos pertinet, quos locus ceperit.*

CLAMORE) Ut fieri solet à spectantibus. Luius 1, 25, 10. clamore qualis ex insperato fauientum esse solet, Romani adiuuant militem suum.

6, 1, 11. COEPIT) Malim abesse. Nam infinitius pro imperfecto indicatiui ponitur. Vide Indic. in infinitu.

6, 1, 17. NEC FALLEBAT) Nihil hic deest, ne fallere. Sed Curtius hæc ita stricte proposuit, ut tamen non decessent verba pleno sensu, si cum iudicio legantur. Ita sœpissime optimi quaque scriptores volunt quædam intelligi ex consequentia verborum quæ ipsi non aperte dixerunt. Sic apud Tacit. 2, 46, 7. missus Drusus, ut retulimus, pacis formator, cum id nullo expresso verbo retulisset, sed ita indicasset, ut lectori rerum simul orationisque non imperito facile intelligi potuerit. Sic apud Liu. 36, 13, 4. ad recipienda oppida &c. iterunt. Erant autem hæc Reginium, Ericinum, Gomphi,

Comment. in Curtium. lib. 6. cap. 1. n. 18. 20. & c. 2. n. 1. 2.

Gomphi, Silana, Tricca &c. Inde Pellineum &c. Vbi supra nominata oppida non exp̄rescē quidem scriptis esse recepta, sed tamen ex dictis, & praesertim vocula. Inde, intelligi voluit. Hic itaque pari modo cum de gratulantium ruitu loquatur ipse intelligere per te potes, eos & coram ipso stetisse, & ut ipsum conuenirent, profectos esse. idque ex eorum ciuitatibus & ædibus adeo: sed ista omnia commemorare putidum & puerile foret. Sic in fine huius capituli non exserte tradit Lacedæmoniorum Megalopolitanorumque legatos ad Alexandrum profectos fuisse (quaet etiam causa fuit cur Vir quidam Eruditus putaret ibi quoque aliquid deesse) sed ex omnibus circumstantiis ab atento lectori facile colligi posse, sufficere putauit. Breuitati narrationis inservit, si exitus verum ita exponimus, vt ante quoque quæ facta sint, sciri possint, tamen si nos resicuerimus. Quod genus, si dicam me ex prouincia reduisse, profectum quoque in prouinciam intelligatur. Rhetor. ad Herenn. 1. 9.

OPVS ERAT DECIPPI) Eodem modo simulauerunt apud Tacit. 5. II. 6. Patres, quibus viuis metus si intelligere riderentur. vbi loca parallela.

INVIDIAM) Ex hoc aliisque compluribus exemplis demonstrat Grueter. discurs. in Tacit. 33. 8. & seqq. quam sit in tubico Dux regius: qui necessariò viique subvertatur, si res ei cum Principe iniquiore.

6, 1, 18. DE MPTVM GLORIÆ) Insta ad 8, 14, 46. Inde Perdiccam oderat, quod esse bellicosis: Lysimachum, quod imperatoria artis perius: Seleucum, quod forti animo esset. Antigoni vero liberalitas eum offendebat, & Attali imperatoria dignitas & Ptolemei proffteritas. Ælian. hist. var. 12, 16. Turpis nævus in tanto principe; & indicium animi non vere magnanimi.

6, 1, 20. MITTERE LICERET) Ita postea fecer obseruatum apud Romanos, vt Imperatores ducesque de pace cum hostibus suo arbitrio non agerent, sed annuerent petentibus, vt legatos Romam mittere liceret. Vide Liuum 10, 5, 13, 26, 27, 9, 37, 7, 3, 38, 10, 2, & passim.

VEGLIAM) Omisi duo verba non gruuate, quæ inculcauerat Modius, volente cum libris veteribus Acidalio. Deinde sequentia constitui ex oratione Aeschini contra Ctesiphontem: Elii & Achæi omnes &c. deficiebant, & tota Arcadia, præter Megalopolim, cuius, cum obſideretur, excidium in dies expectabatur. huic igitur Alexander damna quæ ob fidem in ipsum pertulerat, haud dubie ab auctoribus sarcirivo luit. vide Suppl. 6, 1, 14.

PRÆTER AVCTORES) Sic fere semper statutum à prudentissimis quibusque. Eximia illa consultatio apud Liuum 28, 26, 1. virum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero non plus quam quinque & triginta) animadueteretur; an pluriū supplicio vindicanda tam fedi exempli defectione magis quam seditione esset? Vici sententia lenior, vt unde orta culpa esset, ibi pena consisteret: ad misitudinem castigationem satis esse. Nam si ultra punias haud fere medicina, sed clades est, verbis Germanici apud Tacitum 2, 49, 3.

A DEFECTIO N E) Forte pro defectione, hoc est, vt alii legunt ad defectio nis multam. Si tamen à defectio nis retinas, recte cum precedenti obessa iunges: capiesque urbem à defectione, id est post defectionem, obfessam fuisse.

6, 2, 1. VT PRIMVM) Amisso videlicet, cui amulari consueverat, vt de Atheniensium ciuitate loquitur Iustinus 6, 9, 2. Mature tamen excusit istum temporum Alexander.

6, 2, 2. INTEMPESTIVA CONVIVIA) Eum singulis diebus in canam, ad quam vocavit sexagenos, aut summum septuaginos coniuicuas, expendisse centenas minas Ephilippus Olympius tradidit, vt est apud Atheneum lib. 4. He vero efficiunt aureas

Q9

Fraga-